Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



lantur. ¶ Septimo post istos sunt pisces
in litoribus permanentes: ubi sunt aque
lutuose et turbide et terrestribus in
mundicijs admixte. ¶ Et peiores pisces
sunt lacunalium et paludalium aquarum,
ex quibus neque egressus, neque ingressus est
fluminum manifeste, aut occulte. ¶
¶ Pisces vero marini qui in aquas dulces
ascendunt: aut pisces aquarum dulcium
qui in mare ingrediuntur: medij in-
ter fluviales et marinos existunt.
¶ Omnes pisces difficilis sunt digestionis
longam moram in stomaco facientes.
sitim inducunt. Et recentes sanguinem
generant frigidum: flegmaticum: nervos
mollificant: et in corpore malas visco-
sitates inducunt: ex quibus varie pro-
veniunt egritudines. Pisces recentes,
licet dure sint digestionis: ventrem
tamen humectant, coytum et eius materi-
am augent. Et ova multorum piscium
et proprie lactancium barzoram ventrem
solvunt et vomitum inducunt: nam
quandam venenositatis speciem retinent.